RELIGIÖSE SAMMELHANDSCHRIFT

Salzburg, 1457 Seite 197r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Augustinus de planctu beate virginis in passione domini

Quis dabit capiti meo
aquam et oculis meis
ymbrem lacrimarum
ut possim flere die
ac nocte donec ser-
uo suo dominus appareat visu vel sompno
consolans animam meam. Mariam
enim virginem arbitror fuisse inter
illas dolentes / inter illas gementes
que lamentabantur flentes dominum. Po-
terat et hec esse inter filias iherusalem /
sputis illitum / flagellis afflictus /
sic in agone mortis baiolans
crucem / versus verbi ait / filie
iherusalem nolite flere super me /
sed super vos ipsas flete. Et mea
dilecta domini mei est verum quod dico
Sed obsecro ut dicas famulo tuo
decus paradisi / gaudium celi / vitaque
huius rei obliuiscere cum mergo do-
lore que tunc te passam non du-
bito. Utinam dolor cottidie sic in-
hereret visceribus meis sic inheserit
tunc tuis. Utinam die qua assumpta
fuisti in celum ut mecum tu tuo
gaudens dilecto michi tuas lacrimas
indicasses / quia per illas cognos-
ceres quanta tibi amaritudinis
fuit cum ihesum tibi dilectum clauis
confixum in ligno capite incli-
nato eius spiritum spirare exalare vi-
deres / Sed peto domina ne te mo-
ueant verba que dico cum tamen
saxa debeat scindi ad illa / Tu es
domina que in celo regnas sursum
vel pergnans in terra deorsum
audiens et mente pertractas quo-
modo filius et obprobrium hominum ipse decus
angelorum et abiectio plebis filius
dei patris / et lacrimas potes continere /
Et ego quare non plango miser
Verum gaude gaudio magno ab
ipso nunc glorificata in celis / que in
morte clauis acutissime fuisti con-
fixa pessime mortis. Michi
tamen obsecro lacrimas illas in-
funde / quas ipsa habuisti in sua pas-
sione / ut affluam largius de passione
filii tui domini et dei mei et verba
ad inuicem contulerimus / Enarra
deprecor seriem veritatis ecce que
mater es summe veritatis. Sed hec
illa credit / Illud quod queris
compunctionis est magni doloris. Sed
quia glorificata sum flere non pos-
sum tu tamen lacrimis scribe que cum
magnis doloribus ipsa percensi /
Cum iniquo flere possum et nil
aliud in libro sed ego miser cor
lapideum habeo et ideo plangere
non possum / O Regina celi mi-
serere filii da quod iubes / prebe
quod cupio audire sermonis tuus /
Dic domina mea dic mater mea / si in
iherusalem eras quando captus fuit filius
tuus et vinctus ad annam ductus
At illa / In iherusalem eram / et quando
hec audiui / gressu quantocius
potui veni ad dominum meum flens
pueri / Cum illum eum invenit a pug-
nis percuti / alapis cedi / facie
conspui / spinis coronari / in obprobrium